



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Trigesimum octauum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Caput Trigesimum septimum.

De pellione, cuius brachium sanavit.

S. ENGEL-
BERTUS CO-
LONIENSIS
tribus
multarat.

Nota mi-
raculum.

PELLIO quidam est Coloniæ notissimus. Eum magno alterius bra-
chij dolore excruciatum hortabatur vxor, vt adiret Episcopi EN-
GELBERTI monumentum, & pro sanitatem eum deprecaretur. Ille in-
dignabundus respondit: Id ego non faciam. Cùm enim in viuis esset,
præter ius à me quatuor marcas accepit. Et vxor: Non ita, inquit, loqua-
ris: sed eas ad sepulchrum eius, & dicas te nunquam repetiturum illam
pecuniam, siue iure, siue iniuria data sit. Initio enim pontificatus eius B
acerba inter scabinos & tribus ciuitatis orta erat dissensio: quam cùm
componere non posset ob tribuum pertinaciam, quatuor millia mar-
carum ab eis exegit, è quibus hic pellio quatuor marcas dependerat.
Acquiescit vxoris consilio, abit ad monumentum, dicit animo simpli-
ci: Domine, siue recte, siue præter fas à me acceperis quatuor marcas il-
las, ego te liberum pronuncio apud Deum. Oro igitur, vt precibus tuis
sanès brachium meum. Dixit, & ilicò sanatus est: ostenditq; brachium
Decano summæ ædis, merita martyris prædicans.

Notatio ad Caput Trigesimum septimum.

Manuscriptus Pellionem Ervvinum nominat.

Caput Trigesimum octauum.

De Puer à tertiana febre curato.

Reliquæ IDEM Decanus abijt ad castrum Radenrodense, inuisere volens co-
gnatam suam. Cumque inter se conferrent de miraculis Episcopi En-
geli argé- gelberti, Decanus matronæ illi dedit diimidiam zonam eiusdem Epi-
to à Mag- scopi, quam argento ornandam curauerat. Erat tum in castro illo puer D
natibus in- tertiana laborans, quem matrona cingens zona illa, Domine Archie-
cluduntur. piscope, inquit, quā verè est anima tua apud Deum, tam certò cure-
tur hic puer per meritata tua. Confestim abijt febris, nec ausa fuit redire
ad puerum.

Notatio ad Caput Trigesimum octauum.

Randerodium præfectura est agri Iuliacensis ad Wormium
fluiolum

fluiolum, lautam illius arcem destruxit Fridericus II. Ar-
Achicopiscopus Colonensis, ex cuius ruinis quatuor adhuc la-
teritiæ turres, vnde pristina ipsius colligi possit magnificen-
tia, superlunt. Vastitatem præcipuam Henricus Brabantiae
Dux propter colluuiem Albigensium, binis expugnationi-
bus intulit, iussu summi Pôtificis Gregorij noni, anno 1226.
teste Petro Diuæo lib. 10. rerum Brabant. statim post SANCTI
ENGELBERTI Martyrium.

Rande-
rode.

§. Matrona.

B Manuscriptus ait, fuisse uxo-
rem Nobilis viri Gerhardi,
quem Leuoldus refert in præ-
lio, quo Otto Rex apud Bou-
nas *succubuit, à Francis fuisse
captum. Decanus autem fuit
Gosvvinus de Randenradt, cu-
ius in allatis à me documentis
frequens facta est mentio. At-
que in Metropolitanæ Coloniensis Ecclesiæ Necrologio
dies eius fatalis perhibetur 6.
Februarij.



* Vide supra
pag. 53. lit. D

Caput XXXIX.

De Matrona à dupli quartana curata per ipsum.

MATRONA quædam dupli conflictata quartana, per merita ualescit. *Ægra con-*
sanceti martyris reuauit.

Notatio ad Caput Trigesimum nonum.

MAnuscriptus hanc matronam dicit vxorem Christia *Weue-*
ni de Weuellighouen, qui pagus est inter Greuen- *linghouen*
Hh *broch*